



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 218. Synodus confluentium numero celebrior.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. tati suæ datis literis caveri a Carolo VI.  
A.C. 1416. petere cogerentur. Has ex voto impe-  
 tratas Gersonius die undecima, & Simon  
 de Theram decima septima Octobris ex-  
 hibuere. Dein Galli contra Commissa-  
 rios, qui causam ad Synodum remitte-  
 re detrectabant, exceperunt. Sed iidem  
 Commissarii hanc protestationem nullam  
 esse vigesima octobris declararunt, nec  
 quid amplius hac in re statutum fuit.

## §. CCXVIII.

*Synodus confluentium frequentia ce-  
 lebrior.*

Auctum est Concilium indies adventu  
 plurimorum Legatorum e terris Bene-  
 dicti obedientiam antehac professis. Ad-  
 venerant Angli, & inter ceteros Richar-  
 dus Cliffordus, Londinensis Episcopus,  
 duo Cancellarii Universitatis Oxoniensis,  
 & Cantabrigiensis, alique duodecim  
 Doctores, qui nationis Anglicæ nume-  
 rum auctoritatemque firmarent. Pariter  
 accessere die vigesima septembris Licht-  
 feldiensis, & Norvicensis Episcopi: Nil  
 ergo iudicii actis contra Benedictum XIII.  
 prosequendis ultra obstare videbatur,  
 qui nihilominus Pontificatum semper in  
 castro Paniscolæ pertinaciter gessit, &  
 contra Ecclesiam ac Synodum sua vibra-  
 vit fulmina. Igitur pro illius solemniter ac  
 Ca-

Canonica depositione Sessio sequens in-  
dicebatur. Sæcul. XV.  
A.C. 1416.

§. CCXIX.

*Sessio vigesima tertia.*

**H**abita est quinta die Novembris sessio *Labbe Conc.  
to. 12. p. 198.*  
XXIII. cui de more Cardinalis Viva-  
riensis præfuit, & Patriarcha Antioche-  
nus Missam de Spiritu sancto cantavit;  
Sermonem habuit unus ex Synodalibus  
Advocatis, qui calamitates Ecclesiæ a  
Benedicto oppugnatae recensuit, hunc  
vero tanquam schismaticum & tyran-  
num depinxit, cuius jugum excutere  
oporteret. Absoluta hac oratione Archi-  
episcopus Mediolanensis recitavit consti-  
tutionem Synodi, qua nominabantur  
duodecim Commisarii, partim Cardina-  
les & Episcopi, partim & Doctores, Ju-  
dicii acta contra Benedictum instructuri.

§. CCXX.

*Commisarii, qui in Benedictum XIII.  
inquirerent, denominati.*

**C**ommisarii constituti erant sequentes. *Ibid. p. 199.*  
Cardinales, S. Marci & Florentinus,  
Joannes Patriarcha Constantinopolita-  
nus, Stephanus Episcopus Dolensis, Ro-  
bertus Saresberiensis Episcopus, Jaco-  
bus electus Episcopus Parmensis, Gui-  
lielmus Pulchrinepotis, Antonius Taxal  
Gene-